

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorū historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis octavi - Fasciculus primus): Vol. VIII.

London, 1833

Seite 73

DIADELPHIA DECANDRIA.

17

subæqualibus, aristatis. *Vexillum* subrotundum, flavum, venis rubris pictum; *ala* albæ, parallelae, apice conniventes; *carina* ejusdem longitudinis, venis quibusdam rubris. *Stamina* diadelpha. *Ovarium* ovatum, villosum; *stylo* longo, ascendentem, capillari, glabro; *stigmate* simplici. *Legumen* reniforme, radiatum, dentatum, arachnoideo-tomentosum, venis et marginibus rubris.

- a. Calyx, cum alis et carinâ. b. Vexillum. c. Carina.
d. Calyx, cum adelphiâ. D. Idem, auctus. E. Pistillum, auctum.
f. Legumen.

TABULA 723.

HEDYSARUM CAPUT GALLI.

HEDYSARUM caule diffuso v. erecto, foliis pinnatis: foliolis lineari-oblongis obtusis basi angustatis glabris, leguminibus subrotundis obliquis compressis undique aculeatisimis.

H. Caput Galli. Linn. Sp. Pl. 1059. Willden. Sp. Pl. v. 3. 1217.

Onobrychis Caput Galli. DeCand. Prodr. v. 2. 346.

Onobrychis fructu echinato minor. Tourn. Inst. 390.

In Cypro et Zacontho insulis, ad campos; tum ad viam inter Smyrnam et Bursam. ⊖

Radix annua, perpendicularis, simplex. *Caules* prostrati, glabri, ramosi, pedales, sulcati, pallide virides. *Folia* pinnata, atro-viridia, glabra, 5—6-juga, cum impari; *foliolis* lineari-oblongis, acutis, basi angustatis, pilosiusculis. *Stipulae* parvæ, membranaceæ, ovatae, aristatae. *Pedunculi* axillares, foliis paulò longiores. *Racemi* 3—4-flori. *Calyx* dentibus 5, subfoliaceis, aristatis, pilosis, alarum longitudine. *Vexillum* oblongum, erectum, emarginatum, rubrum, *alis* et *carinâ* concoloribus duplò majus. *Stamina* diadelpha. *Ovarium* dimidiatum, ovatum, tuberculatum; *stylo* capillari, rectiusculo; *stigmate* simplici. *Legumen* semi-orbiculatum, pubescens, aculeis rigidis, validis, subæqualibus, undique munitum.

- a. Flos integer, à fronte. b. Calyx, à latere. C. Pistillum, auctum. d. Legumen. e. Semen. B. Idem, auctus.

VOL. VIII.

P